



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XVI. † Alia Dvsseldorpiensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

Coloniensis.

25

attulis SS Eliphium, Panthaleonem, & Albi-
num, reuerenterq; transtulit, quas quidem S.
Crucis & B. Laurentij reliquias antescriptas,
Nos Illustrissimo Principi clementissimo Domi-
no nostro V Vilhelmo Montium Duci & Comiti
in Rauensberg dedimus, reuerenterq; transcri-
psimus, intuitu fauoris, fidelitatis, & gratia,
Nobis & Conuentui nostro varie impensorum
& impendendorum, & in fidem horum Nos
Abbas & Conuentus sigilla nostra hisce appen-
dimus Datum anno Domini millesimo trecen-
tesimo nonagesimo tertio, die 6. mensis Aprilis. 1393.

XVI. ✠

ALIA DVSSELDOR-
piensis.

Hic posteaquam de fulgure & Cru- Cruce à
Hic mentionem intuli, minimè ta- fulgure
cendum duco, quid anno superiori in & tor-
Cruce Dusseldorpiensi euenerit, cum mētario
ibidem fulgur in nitratum puluerem pulvere
incidisset, Anno enim 1634. sub noctē immūis
peruigilij B. Laurentij Martyris, horribi-
li fragore tonitru Dusseldorpiensis op-
pidi muro insertam Turrin tormenta-
rio puluere refertam tetigit, qui flamma

B s

cor-

correptus murum ac vicinas domos nō subuertit tantum, sed ipsam etiam turrim vsque ad fundamenta deiecit, vt nullæ adeo in toto oppido ædes à conuulsionis damno liberæ manerent, sola tamen simulachra, historiam repræsentantia occisi in monte Caluariæ Christi, licet vicinissima inflammatæ turri puluerariæ essent, intacta remanserunt. Ipse quidem templi, post Crucis tergum, fornix totus laxatus est ac disruptus, imo vectes etiam ferrei ac pugno crassiores è ferro perticæ, quibus Crux & imagines iunctæ sustentantur, pulueris violentiæ referuntur cessisse incuruatæ, sed in ipsa Dominicæ Crucis repræsentatione statuarum nulla est vel minimum læsa, cuius rei omnium incolarum aduenarumq; oculi testes sunt.

XVII. ✠
METALLINA IN ÆDE
S. Georgij.

Colonix in sacra B. Georgij æde hodie Crux est multis celeberrima miraculis, quæ ad ægros & in primis partus